

Johann Festing   Joachim Zinck

**Disputatio Inauguralis Iuridica De Germanorum Proverbio: Wo nichts ist/ da hat der Kaiser sein Recht verlohren, h.e. De Actione Inani**

Rostochi[i]: Weppling, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741707705>

Druck   Freier  Zugang



RU jurist. 22. April 1686  
Festing, Joh.
















XVII 1 29  
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

GERMANORUM PROVERBIO:

Wo nichts ist / da hat der  
Kaiser sein Recht verlohren.

b. e.  
DE

ACTIONE INANI,

<sup>quam</sup>  
DEO OPTIMO MAXIMO AUSPICE,

permissu & decreto

Amplissimi Actorum Ordinis,

PRÆSIDE

Viro Nobilissimo, Consultissimo, atq; Excellentissimo,

DN. JOHANNES FESTINGIO.

Jcto. Pandect. Prof. P. famigeratissimo, Serenissimi Ducis

Sverino-Megapol. Consiliario & Ducalis Consistorii Assessore

gravissimo, h. t. Facult. Juridicæ Decano spectabili:

DN. PATRONO omni honoris & observantia cultu de venerando.

PRO LICENTIA

Summos in utroq; Jure honores & privilegia Doctoralia ritè legitimeq; capessendi

Publicè ventilandam proponit

JOACHIMUS ZINCK / Wism.

IN AUDITORIO MAJORI, horis ante & pomeridianis


ad d. XXII. Aprilis A. M. DC. LXXXVI.

ROSTOCKI, Literis JOH. WEPPLINGI, Univerf. Typogr.



DEO,  
PATRIÆ,  
&  
PATRONIS.





## CAPUT I.

Explicat Actionem inanem in genere, Et quomodo differat, ab Actione extincta, inepta, inutili, nulla.

I.



Ritum sermone proverbium: Wo nichts ist/ da hat der Käyser sein Recht verlohren. Vid. Gail. d. Arrest. c. 9. n. 20. Tabor. in Racem. Crimin. p. 192. Besold. Thesaur. Pract. voc. Nihil. Fritschius in Continuat: Thesaur: Besold. p. 109. Per quod nihil aliud indigitatur, nisi actio inanis, quam inopia debitoris excludit l. 6. ff. d.

dol. mal. qui enim nihil habet, ab eo etiam nihil peti potest. Unde jocose dixit Bartolus: MAL DA, CHI NON HA *conf Hering. d. Fidejuss. c. 20. §. 15. n. 3.* De hac ACTIONE INAN dissertationem inauguralem exhibiturus merito eandem a ipsa explicatione vocis auspico, cum ipsius consideratione mens ad rem ipsam melius cognoscendam præparetur.

II. Sistit autem se primum vox *Actionis*, quæ unde dicitur, cum notissimum sit, lubens ea, quæ circa etymologi

A 2

am affer



am afferri possent; prætermitto. Homonymiam' quod at-  
 tinet, patet actionis significatio quam latissimè, comprehen-  
 dens generaliter omnem viventis operationem quæ passioni  
 opponitur. Rectè igitur histrionum & fabrorum quoque  
 actionem dicere solemus. *Calvin. in Lex. Jur. voc. Actio.* & hoc  
 modo vocabulum Actionis sumitur vulgariter. Juridicè verò  
 quando accipitur, & ad usum forensem refertur, sumitur rursus  
 1 latissimè latè, strictè atq; strictissimè. (1) latissimè de omni lite  
 atq; causaprædicatur, sive illa Civilis sive Criminalis sit, quæ alias  
 Accusatio dicitur, *l. ult. ff. d. Privat. delict. l. 1. C. de Crim. Stellion.*  
 2 *rubr. C. quando act. Civ. a J. Crim. præjud. l. 8. ff. de Accus. (2)* latè sub  
 se complectitur omnes civiles Actiones non ordinarias tantū,  
 sed & extraordinarias, Interdicta, Præjudicia, in dō imploratio-  
 nem etiam Nobilis Judicis officii *l. 37. ff. d. O. & A. l. 34. l. 178. §.*  
 3 *2. ff. d. U. S. (3.)* Strictè ordinarias tam in rem quam in perso-  
 4 nam actiones comprehendit. *l. 25. d. O. & A. (4)* Strictissimè,  
 solam actionem in personam denotat. *l. 28. d. O. & A. l. 178. §.*  
*2. d. U. S.* semperq; hoc sensu opponitur petitioni, quæ actio  
 in rem significatur. *§. 2. Inst. quib. mod. Obl. toll. l. 18. §. 1. d. Ac-*  
*ceptilat: conf. Svendendorf. d. Act. c. 1.* Describitur Actio in-  
 stricta significatione, quod sit Jus persequendi in Judicio quod  
 sibi debetur *pr. Inst. d. Act.* Hanc Actionis definitionem latè exa-  
 minant *Bach. Vinn. Harprecht. & alii ad d. pr.* Dantur au-  
 tem variæ Actionum species, quas omnes persequi instituti  
 mei non est, cum de ACTIONE INANI saltem quædam in  
 medium afferre constituerim, quapropter benevolam le-  
 ctorem remitto ad *Reinh. Bachov. eleg: tract. d. Act. Oldendor-*  
*pii Class: Act: Harfolt d. Action. Svendendorf. d. Action. & alios*  
*plures quos recenset Tabor in Syllog. mater: Juridic. voce Actio.*

III. Explicato itaque Actionis vocabulo de voce INA-  
 NI multa tradere operæ pretium non est: inane enim in Jure idē  
 est, quod vanum, seu quod est sine effectu *Dionys Gotthofred*  
 ad



ad l. 6. ff. d. Dol. mal. in quo significatu vox INANIS sæpius in iure nostro occurrit: sic enim in l. 8. §. 9. ff. ad. SCt: Vellej. inanis dicitur Obligatio in l. 8. ff. d. Condict. ob turp. caus. & l. 39. ff. d. Donat. inter vir. & Ux. stipulatio inanis in l. 38. ff. d. dol. mal. epistola inanis vocatur.

IV. His præmissis Actio inanis sic breviter deliniari poterit:  
»ACTIO INANIS EST ACTIO QVAM INOPIA DEBITORIS  
»EXCLUDIT. Revera enim hic competit jus agendi, quamvis ob inopiam debitoris, sit sine effectu. Qvisnam vero sit inops vel pauper, variant Interpretes: quidam pauperem definiunt, qui non habet 50. aureos in bonis: secundum alios pauper is dici solet, qui bona propria mobilia & immobilia non possidet, sed operis manualibus se sustentare necesse habet. Cravett: Conf. 199. n. 8. Barbof. l. 14. c. 15. axiom. I. Verior tamen & communior sententia, quod hoc iudicis arbitrio sit committendum, **Das is zu der Bescheidenheit des Richters stehe.** Webn. Obs. Pract. voc. **Armuth.** inspecta videlicet personarum, locorum, rerum & causarum qualitate Alex. l. 7. Conf. 91. n. 3. Coler. Proc: Exec: p. 1. c. 6. n. 163. Sebast. Medic. in tract: d. Cas. fortuit. p. 2. qv. 4. Inopia autem & paupertas hic sunt synonyma, quamvis alii statuunt inopem à paupere differre, quod minus quam ille habeat. Hinc pauper dicitur multis ex eo, quod parum, inops verò quod nihil habeat. Seb. Medic. d. l. n. 3. 4. Quomodo autem paupertas probetur vid. Alex. l. 7. Conf. 37. Speckhabn. cent. 1. qv. 38. Manz. in Patrocin. Debit. Decad. 2. qv. 5. per tot:

V. Ceterum quando circa actionem competentem paupertatis & inopiæ habetur ratio, tunc agitur vel ex contractu, vel ex delicto. Priori casu obtinet Germanorum proverbium: **Womichts ist / dahat der Kaiser sein Recht verlohren /** & actio fit inanis vel quoad sortem vel quoad usuras, quoad sortem iterum, vel totam, vel partem ejus. Po-



teriori casu verò pœna pecuniaria in corporalem commuta-  
tur, juxta illud brocardicum: Qui non habet in ære, luat  
in corpore. Antequam autem specialiozem hujus thema-  
tis tractationem aggrediar, paucis agendum est de vocabulis  
actioni inani maximè affinibus, UT ACTIONE EXTINGTA,  
INEPTA, INUTILI, NULLA, quæ in proprio significatu  
ab actione inani omnino discrepant.

» VI. Actio extincta est, quæ antea quidem Actori com-  
petiit, sed postea certas ob causas sublata est. Sic actio Ci-  
vilis & Criminalis, si ad idem tendunt, una alteram extingvit.  
v. c. Actio injuriarum Civilis & criminalis tendunt ad vindi-  
ctam ambæ *Gail. 1. O. 65. n. 3.* neutra rem familiarem perse-  
quitur, sed in eo tantum differunt, quod illâ pœnam actori,  
hâc fisco applicandam petamus, ideoque una alteram tol-  
lit. *Maranta p. 4. dict. 1. n. p. 47.* Pariter actio sæpius extin-  
guitur pacto & transactione. Pacto eoque non nudo, quod  
obligationem & actionem ipso jure tollit. *vid. l. 6. ff. d. pact. l.*  
*17. §. 1. eod.* ubi dicitur, quod actiones injuriarum & furti per  
pactum ipso jure tollantur, *Brunn. ad d. l. ibique citati add. l.*  
*27. §. 1. eod.* ex hoc pactorum genere quædam certam for-  
mam nomenque habent, ut Novatio & Acceptilatio, quibus  
non minus vetus obligatio & actio aboletur §. 1. 2. 3. *Inst.*  
*quib. mod. obl. toll. Lauterb. Compend. Jur. ad tit. de pact. p. m.*  
*36. 37. it. ad tit. ff. d. Novat. Et tit. d. Accept. add. ad dict. tit. Habn.*  
*ad Wes. Eckholt. Struv. Exc. 47. tb. 49. § 87.* Transactione,  
quæ prior actio ipso jure tollitur, si vel stipulatio interven-  
rit, sive ea simplex fuerit, sive Aquiliana, cui subicitur acce-  
pilatio *l. 4. l. 15. l. 32. C. d. Transact. vel per contractum inno-*  
*minatam perfecta fuerit arg. l. 33. C. eod.* quia tunc pristina  
actione agi non potest. *Habn. ad Wes. ad ibit. d. Transact. n. 7.*  
Extinguitur porro actio præscriptione *tot. tit. ff. de divers. Et*  
*temp. præscr. de qua præscriptione actionum vid. Eckolt ad tit.*  
*d. Usur.*



*d. Usurpat. & Usucap. §. 27. seqq. Zanger d. Except. p. 3. c. 10. Strubi  
Exc. 46. th. 27. seqq. Lauterb. comp. Jur. ad dict. tit. d. divers. &  
temp. praeser. Extinguitur praeterea actio rei interitu. Si  
enim res in specie debita sine culpa debitoris interierit,  
actio Creditoris perimitur l. 23. ff. d. V. O. ibique Brunn. add.  
Lauterb. Compend. Jur. ad. tit. d. peric. & comm. rei Vendit. p. m.  
237. ut & tract. Pandect. Synopt. eod. tit. §. 1. Extinguitur denique  
actio solutione pr. Inst. quib. mod. toll. obl. add. Vinn. Bach. Rit-  
tersbus. Harprecht. ad d. pr. & passim Dd. ad tit. ff. C. d. so-  
lut. Plures modos, quibus actio extingvatur, vid. ap. Dn. Lauter-  
Comp. Jur. ad tit. d. Acceptilat. p. m. 502.*

» VII. Sequitur jam actio inepta, quae dicitur, quando  
» actori adve. sus reum competit quidem certum aliquod ju-  
» ris remedium, sed is, non probè examinatis omnibus causæ  
» circumstantiis, nec ponderatis satis actionis, quam intende-  
» re conatur, requisitis, actione utitur incongrua, de qua actio-  
» ne inepta tenendum, quod is, qui actionem ineptam proposuit,  
» ob id repulsus ad aptam redire possit, l. n. §. pen. d. Instit. act.  
» l. 19. ff. d. inoff. testam. l. 97. d. A. & O. H. l. 8. ff. d. Hered. petit.  
» Brunn. ad. d. l. 11. Tiraquel. in l. boves §. hoc sermone limit. r.  
» n. 16. Mev. p. 5. D. 199. Barbos. l. 16. c. 13. ax. 6. Carpz. p. 2. c. 16. d.  
» 19. n. 3. item, quod liceat mutare libellum non tantum ante,  
» sed post litis etiam contestationem, ut expresse docetur in  
» §. 35. Inst. d. Act. & l. 3. C. d. Edend. ita tamen ut reus fervetur in-  
» demnis, h. e. ut ipsi refundantur sumtus, & detur spatium ad  
» deliberandum l. 79. d. Judic. conf. Brunn. ad l. 3. C. d. Edend. n. 8.  
» Bachov. d. Action. D. 1. th. 44. Vinn. ad d. §. 35. Inst. d. Action.

VIII. Actio inutilis est, doc. Gothofred. ad l. 20. C. d. N. G.  
quam elidit exceptio. v. e. si quis agat ex conditionata pro-  
missione ante conditionem impletam; tum enim in jure no-  
stro dicitur agere inutiliter l. 43. §. 9. ff. d. Aedilit. edict.

IX. Actio nulla est, quando planè deficit jus agendi.

Sic



Sic nulla est actio inter Dominum & Servum §. 6. *Inst. d. Noxal. Act.* inter patrem & filium §. 12. *Inst. d. furt.* item si quis cum pupillo sine tutoris autoritate contraxerit, nullam regulariter adversus pupillum actionem habet, cum ille ne naturaliter quidem obligetur l. 41. d. *Condict. indeb.* l. 59. d. O. & A. Ob deficiens jus actionis autem Actor statim à limine iudicii repellendus: Sine actione enim nemo experitur l. 6. §. *fin.* ff. de N, G,

## CAPUT II.

*Exhibet Regulam:*

Wo nichts ist / da hat der Kaiser sein  
Recht verlohren.

**N**on videtur actionem habere, cui propter inopiam adversarii actio inanis est l. 6. ff. d. *del. mal. add.* c. olim 16. X. *de restitut. spoliat.* c. *odoardus* 3. X. d. *solut:* c. *frequens*. 1. *de restit. spoliat. in 6to.* Rectissime autem asserit JCtus; *Non videtur actionem habere;* cum perinde sit ac si non habeat, quia actio ipsi competens ob impotentiam debitoris est inefficax. *conf. Manz. Patroc. Deb. decad.* 1. qv. s. *concl.* 2. n. 85. Aliàs revera actio inanis non tollit jus agendi, sed impedit saltem effectum plenariæ executionis. *vid. Barbos. l. 1. c. 16. axiom.* 10. & l. 9. c. 65. *axiom. un.* quæ executio non potest non esse inanis, si adversus nudum & nihil in bonis habentem instituaturs actio, cum non entis nullæ sint qualitates vel accidentia, & si vel mille adfuerint armati, nudum tamen spoliare non possint. Quamvis puter *Coler. Proc. Execut. in Prefat.* n. 25. quod ne hoc quidem casu inanis sit executio; docet enim, siquidem in bonis condemnati executio fieri non possit, deveniendum esse



esse ad detentionem personæ *conf. Gloss. in l. 3. §. Si tutores ff. d. suspecti. tutor. l. 49. in fin. d. Adm. tutor.* Sed etiamsi aliquando adversus debitorem hoc modo procedere in jure permis- sum sit, uti pluribus in seqq. demonstrabo, executio tamen hac, respectu Creditoris, magis damnosa erit, quàm proficua. *conf. Mornac. in l. 6. ff. d. dolo mal. qui hanc in rem elegantis- simè scribit. Vulgatissimus, inqviens. hic textus est adversus de- coctores, quibus reliqui nihil est præter Zonam, quam solvunt nullo negotio Creditoribus, & bonis cedunt. Quòd si præfractè, atqve ut animùm expleat, continere eos longiore carcere velit Creditor, nempe ob dolum & fraudem quam admisere, indu- bitati juris est, & hoc amplius ei decedere, ut scilicet alere eos tam diu teneatur. Quinimò magis Creditorum interest, solvi debitores pauperes, ut labore, artificio vel industriâ quædam comparent, ex quibus satisfieri illis possit pingvi- ore redeunte fortuna. Tholos. Syntagm. Jur. Un. l. 22. c. 14. & 16. Manz. Patrocin. Debit: decad. 1. qv. 5. concl. 2. n. 72. seqq.* Accedit quod non omnes debitores eodem modo ad inopi- am vergant: multi enim sine sua culpa per temporum ca- lamitates, incendia, aquarum inundationes, bellorum in- jurias & alios casus fortuitos ad paupertatem rediguntur, quo- rum fatalis paupertas omnino commiseratione digna est. *Col- ler. Proc. Execut. p. 1. c. 10. n. 60.* Et sicuti in genere varia sunt Pauperum privilegia, de quibus vid. *Bennicas in tr: d. Privileg. paup. Sebast. Medic. tract. d. Casib. fortuit. p. 2. qv. 4. Speckbahn. Cent. 1. qv. 37. Barbos. l. 14. c. 16.* ita ob æs alienum quoque non planè sunt denudandi, multò minùs acerbis coercionibus affligendi; sed redditur hoc casu ob inopiam debitorum actio Creditorum inanis per supra cit: text: et- enim quid imputandum ei, qui solvere, etiamsi vellet, non potest vid. *l. 17. §. 3. d. Usur.* Hinc inopem debitorem, ut ais *Dn. Mer. Disc. levam inop. debit: c. 1. n. 120. eo qui adigere vel,*

B

vel,



vellet, ut ex *asse* Obligationi satisfaceret, laterem sanè lava-  
ret: nam omnes obligationes, quæ sub prisca integritate  
paucis constabant verbis, hodie autem magnis multisque fo-  
liis conscribuntur, minus tamen servantur, quibuscunque  
tandem concipiuntur formulis, exceptionem habent tacitam  
ex debitorum inopia, quæ omnem actionem reddit inanem  
*l. 6. ff. d. dol. mal.* atque ut in decoctores pœna hoc casu sta-  
tuitur justè, licet ob defectum facultatum pro solutione fru-  
stra intendatur actio, ita adversus miseros & sine vitio suo ino-  
pes redditos pœnalia hæc remedia adhiberi minimè æquitas  
postulat. Quandoquidem nihil amplius consequeretur Cre-  
ditor, quam ut debitorem alias miserabilem & calamitosum  
amplius affligeret, & afflicto, contra omnem pietatem, affli-  
ctionem adderet vid. *l. 14. d. Offic. Præs. d. c. 4. X. d. Censib. c. 5. X.  
d. Cleric. egrot;* parcendum ideoque est inopi debitori, cum  
nota paupertatis ipsum evidenter excuset arg. *c. 1. caus. 14. qu.  
6. arg. c. cum tu X. d. Usur.* inanisque sit actio, quam inopia  
debitoris excludit *conf. Oldendorp. Class. 1. Act. 12. in defens. rei  
n. 2.* ubi benè ponderare jubet verbum *inanis* quasi dicat Jctus,  
nullum prorsus superesse remedium adversus inopem debi-  
torem ex causa civili; nec immeritò quia impossibilium nul-  
la obligatio *l. 185. d. R. I. c. 6. eod. in bto.* & quælibet dispositio,  
conventio & promissio semper recipiat interpretationem,  
si res in eodem statu permanerint, adeo ut paupertas & solven-  
di impossibilitas postea casu, nec per culpam debitoris, super-  
veniens, excusationem præstet, & à rigore relevet, etiamsi  
Juramentum accesserit *c. 17. X. d. Jurejur. Seb. Med. in tr. d.  
Cas. fortuit. p. 1. qu. 4. n. 44. Sp. 2. qu. 4. n. 36. Gail. 1. O. 142. n. 9.*  
Hinc perjurus dici haud potest, qui ob inopiam promissa præ-  
stare nequit. *Mev. desc. levam. inop. deb. c. 1. n. 120. Mynsing.  
cent. 4. O. 97. n. 7.* Sed an hoc casu relaxatione juramenti opus sit,  
quæritur? vult hoc *Trentacinqv. Variar. Resol. l. 3. tit. d. solut.  
resol.*



*resol. 1. n. 12. Verum non omnè juramentum relaxatione superioris potestatis eget conf. Gail. 1. O. 22. n. 3. in fin. Et n. 5. quo etiam spectat Juramentum hoc arg. l. f. ff. qui satisd. cog. c. 10. X. de jurejur. add. c. 46. caus. 11. qv. 3. à cujus obligatione ipso jure contingit liberatio: Juramento enim omni inest clausula, si potuero, rebusque sic manentibus, quod multis confirmat Tiraguel. in l. si unqv. de revoc. donat. in prefat. n. 166. seqq. Tantò magis autem in privatis debitis debitoribus, sine culpa sua depauperatis, parcendum, cum ob paupertatem ab ipsis collectis & tributis sint immunes l. 4. ff. d. mun. Et bon. add. R. l. d. Ao. 1582. §. Und nach dem in fin. conf. Oldendorp. Class. Act. Class. 1. Act. 12. in defens. rei n. 2. ferme in fin. Sebast. Medic. in tr. d. casib. fortuit. p. 2. qv. 4. n. 13. in fin. Gail. d. Arrest: c. 9. n. 20. Nam collectæ atqve tributa rectè secundum saniora Saniorum Dd. principia imponuntur non per capitationem nach den Hauptern / vel per sumantes nach den Feuerstätten verum secundum quantitatem cujusque patrimonii ac vires obventionum ihren Einkommen und Vermögen nach. Si enim nulli alicujus prædii vel minimi saltem existant reditus, nec aliunde suppetant facultates, unde exsolvantur tributa, ex ligno sanè & lapidibus tributum extorqveri non poterit: hinc etiam prædia non quoad nomen, sed quoad fructuum inde perceptorum quantitatem collectioni sunt obnoxia l. 4. ff. d. Censib. Klock. d. Contrib. c. 7. n. 98. Wes. conf. 103. n. 15. quos sequitur Carpz. in Ayl. debit. c. 2. n. 61. 62. seqq. quod multis etiam præjudiciis confirmat Richter. p. 2. dec. 70. n. 61. seqq. Indeque notat Dn. Mew. in disc. levam. in op. debit. c. 6. n. 69. autoritate Surdi de aliment. tit. 8. pr. 91. n. 5. quod ex æstimo s. catastro delendi sint pauperes, seu qui bonis labuntur. Non extendenda autè hæc immunitas à tributis ad eos, qui licet tributa & collectas exsolvere possint, nil quicquã tamen exsolvunt, sed indies onera excrefcere patiuntur, usq; adeo ut tandè non nisi distractione bonorũ Magistra-*



tui satisfacere valeant *Carpz. Asyl. debit. d. l. n. 70.* Adhuc ipsius Ecclesie actiones, quæ aliàs in Jure favorem merentur maximum, ita ut sub indultis moratoriis non comprehendantur *Mev. disc. levam. inop. deb. c. 6. n. 74.* adversus debitores inopes redduntur inanes: etsi enim Oeconomo & curatori Ecclesie maximè incumbat, omni studio contendere, ut Ecclesie utilitas augeatur, attamen si sine impietate & inhumanitate fieri non possit, pietatis hic potior habenda ratio: quando quidè Ecclesia auctrix & cultrix Justitiæ, honestatis & æquitatis esse debet *Cotb. n. Conf. 3 n. 118. Esseqq. vol. 1. nec quidquam defendere potest, quod nota iniquitatis non caret Cravett. Conf. 873. n. 7.* Firmo itaque stat talo, quod actio propter inopiam debitoris reddatur inanis *l. 6. ff. d. dol. mal.*

II. Quo circa tamen notandum, quod hæc omnia tantum eo referenda sint, si ad dandum quis obligetur, aut de iis causis habeatur quæstio, in quibus excutiendæ veniunt vires patrimonii; aliud verò si ad factum præstandum quis teneatur: tunc enim ob paupertatem liberari non potest, *vid. Dn. Mev. in Discuss. levam inop. debit. s. n. 51. seqq.* hinc etiam est, quod à personalibus oneribus excusationem non præstet inopia *Mev. d. l. c. s. n. 56. Gail. d. Arrest. c. 9. n. 20. Manz. Patroc. debit. decad. 1. qv. 8. n. 23.*

III. His itaque positis ad ulteriora; sequitur autem ex ista inanis actionis natura, ut secundum *cap. Odoardus 3. X. d. Solut. debitor*, si non habeat, unde solvat Creditoribus, propterea excommunicari non possit, nec aliter molestari, quam ut præstet cautionem de solvendo, si ad pinguiorem fortunam pervenerit, *Panormitan. in cap. Odard. 3. X. d. solut. n. 1. add. Manz. Patroc. debit. decad. 1. qv. 5. concl. 2. n. 91.* Impotentia enim solvendi non tollit solutionem, sed effectum saltem executionis reddit frustratorium de præsentis, & solutio differtur in tempus potentie. *Panorm. d. l.* Admittenda tamen hic est cautio, quam possit præstare debitor, & quidem si fide-

jusso-



justores reperire non possit, juratoria cautio sufficit; alioquin enim in causis civilibus, qui ob suam inopiam fidejussores aut pignora invenire nequeunt, juratoriae cautioni relinquuntur *Nov. 112. c. 2. auth. Generaliter C. d. Episcop. & Cleric.* Sed hæc impotentiae seu difficultatis exceptio an impediat condemnationem seu processum judicii, an verò executionem tantum, controvertunt *Dd. Panormit. ad c. 16. X. d. restit. spoliat.* statuit, & quidem rectè, quod executio tantum impediatur, donec fuerit solvendo, & quod cogatur debitor se defendere quoad finem judicii. Limitant vero non nulli hanc sententiam, nisi tanta sit debitoris inopia, ut excludat omnem facultatem litigandi & se defendendi *docente Panormitan. d. l. attamen alii rectius sentiunt, quod pauperibus litigantibus, ne indefensi relinquuntur, subministrantur sumtus, & Advocati, qui gratis patrocinentur, publico salario constituentur. conf. Carpz. l. 3. Resp. 122. n. 9. Berlich. p. 1. concl. 7. n. 69. seqq. Sebast. Medic. de casib. fort. p. 2. qv. 4. n. 11.*

IV. Cum autem Creditores, non subsecuta solutione, adversus miseros debitores per scominata & injuriosas obrektiones properent, eos diffamando per famosas scripturas, per proclamationes in hominum cœtu: Queritur an hoc Creditorebus liceat, & an debitoribus, ob has illatas injurias, competat actio injuriarum? Uti autem hoc, tanquam privatae ultionis species omnino damnari debet, cum judiciorum vigor Jurisque publici tutela in medio constituta sit, & nemini permissum sibi privatim jus dicere. *l. 14. C. d. Judæis Coler. Proc. Execut. c. 8. n. 70. seqq. Hering. de Fidejuss. c. 19. n. 93. seqq.* quin meritò puniatur, adeò ut Creditor propterea debitum amittat *l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. C. Unde Vi.* ita etiam adversus eos injuriarum actio deneganda non est, cum veritas convitii non excuset convitiantem *vid. Constit. Crim. art. 110. Gail. l. 2. O. n. 99. Mynsing. c. 4. O. 4. Heig. p. 2. qv. 31. u. 41. seqq. nisi quatenus*

B 3

pecca-



peccata nocentum nota esse oportet & expedit *l. 18. pr. ff. d. injur.* quamvis condonandum quoque aliquid illorum indignationi ad id, ut poena mitigetur *l. 38. §. 8. ff. ad. L. Jul. d. Adult. l. 4. C. eod. Gail. l. 2. O. 110. n. 37. Dn. Med. disc. Levam. c. 4. sect. 1. n. 109. seqq.*

V. Sic expositis, quid sit actio inanis, quæ ratio, quis effectus, nunc etiam videndum erit, quomodo in casu existentis actionis inanis quoad debitorem principaliter obligatum, aliunde Creditori cautum sit, & quomodo data etiam cautione actio interdum reddatur inanis. Creditores equeidem, dum hodie sæpè falluntur cum aliis contrahentes non facile iis fidem habent, nisi datis in securitatem aut fidejussoribus aut pignoribus, quo facto etiam si Principalis reus fiat non solvendo, tum utique hujus inopiæ fidejussores neutiquam liberantur, sed omnino conveniri possunt *§. ult. Inst. d. replic. l. 76. ff. d. Procurat.* Elegans verò hic incidit quæstio, quid juris nimirum sit, si fidejussores conjecturam habeant, debitorem labi facultatibus, idque Creditori denuncient, ut debitum exigat, dum consequi potest, is vero negligat, an hoc casu fidejussores, debitore postea ad inopiam redacto, a petitionibus Creditoris sint liberati, ita ut ipsius actio reddatur inanis? quod utique affirmandum censeo; imputet enim sibi, quod noluerit persequi, quod tamen persequi potuit, & quod non exegerit, quod exigere potuit. *l. 44. ff. Mandat. cum negari non possit, Creditorem ex proposito tantum nocendi, inq; necem & dispendiū fidejussorum, ad hoc ut ipsorum actiones inanes fiant, ex actionem debiti dolosè intermittere.* Cuilibet igitur diligenti Patrifam. notum esse debet illud dictū Alpei fœneratoris apud Columellam: Bona nomina nisi exigantur, mala fieri. *conf. Col. Proc. execut. p. 1. c. 10. n. 358. Nov. 4. c. 1. Eauth. Presente C. d. Fidejuss. Hering. d. Fidejuss. c. 20. §. 15. n. 8.* Attamen fidejussoribus hoc datum est beneficium, ut ob aliorum debita, pro  
qui.



quibus intercessere, conveniri non possint, nisi excusso principali debitore, quod autem ita accipiendum si principalis debitor solvendo fuerit: Si enim debitor Principalis non fuerit solvendo, fidejussor hanc exceptionem excussionis opponere nequit, quia inanis est executio, quam inopia debitoris excludit *Gail. 2. O. 27. n. 14. Carpz. p. 2. c. 18. d. 16. Berlich. p. 2. concl. 24. Coler. Proc. Execut. p. 1. c. 10. n. 385. Hering. d. Fidejuss. c. 27. n. 199.* Idem accidit in pignoribus: Creditor enim contra tertium possessorem hypothecaria actione experiri non valet, priusquam principalis debitor fuerit excussus *auth. Hoc si debitor C. d. pignor. Nov. 4. c. 2. Lauterbach Compend. Jur. ad tit. d. pignor. p. m. 314. Carpz. l. 2. tit. 6. Resp. 71. n. 5.* An vero hoc jus excussionis in generali hypotheca tantum, an verò etiam in speciali obtineat, maximè inter Dd. est controversum. Posterius defendit *Dn. Lauterb. cit. loc. ibiq. all. Frantz. l. 1. Resol. 12.* Prius autem tuentur *Berlich. p. 2. concl. 24. n. 27. Carpz. p. 2. c. 18. d. 18. Et lib. 2. Resp. 72. n. 4.* & alii quorum sententia de jure verior, ob *Nov. 112. c. 1. §. 1.* ubi expressè ab illa regula juris novi, per quod jus excussionis introductum, excipitur specialis hypotheca, in cujus persecutione non habet locum excussio. *conf. Brunn. in l. f. C. d. O. & A. & Habn. ad Wes. d. Distract. pign. n. 1.* Planè verò à tertio possessore beneficium excussionis opponi non potest, si debitor notoriè non fuerit solvendo; siquidem excussio non fit ad alium finem, nisi ut appareat, an debitor solvendo sit, nec ne; notoria autem non egent probatione, si tamen notorium non sit, debitorem non esse solvendo, creditori incumbit probatio cum non solvendo esse: nam qui intentionem in negativa fundat probare eam debet *l. pen. S. 2. ff. ne quis cum qui in jus voc. Gail. l. 1. d. Pac. Publ. c. 18. n. 14. Carpz. l. 2. tit. 6. Resp. 71. n. 12.* quomodo autem probetur debitorem non esse solvendo *vid. Berlich. p. 2. concl. 24. n. 143. Coler. Proc. execut. p. 1. c.*



*p. 1. c. 10. n. 386. Hering. d. F. de ius. c. 27. n. 200. seqq.* Creditori  
 laeso ut suum recuperet, datur interdum etiam actio doli, si  
 aliàs suum consequi non possit: v. gr. Si Procurator meus ad  
 agendum constitutus colluserit cum adversario ut absolveretur,  
 regulariter in eum non habeo actionem doli, quod corru-  
 perit Procuratorem meum, quia competit mihi actio mandati  
 adversus Procuratorem meum, si modo solvendo fuerit, si  
 verò solvendo non sit, omninò datur doli actio, cum aliam  
 in effectu non habeam. *Brunn. 3. l. 7. §. 9. ff. d. dol. mal.* item:  
 Si tutore autore pupillus ab aliquo fuerit circumscriptus, cum  
 sit tutelæ actio in id quod interest, cessat actio de dolo, nisi tutor  
 solvendo non sit: actio enim adversus inopem nulla subesse  
 »videtur. *vid. Libr. βασιλικων lib. 10. tit. 3. n. 5. 6.* Porro Credi-  
 »tore consulitur, ut, si debitor nihil habeat in bonis, in quod  
 »fieri possit executio, eadem decerni queat in debitoris sui debiti-  
 »ris bona. *l. 15. §. 2. §. 8. ff. d. Re judic.* modo debitor fateatur se  
 »debere: nam alias sine processu ordinario non condemnatur  
 novus debitor. *Coler. d. Proc. Execut. p. 2. c. 3. n. 485. Dn. Mew,*  
*p. 4. Dec. 65. Berlich. p. 1. concl. 80. §. 37.* quos sequitur *Brunn. in*  
*l. 2. C. quando fisco, vel privat. debit. sui debit. conven. possit vel*  
*debeat.* Et tantum de Actione inani, quatenus obtinet Ger-  
 manorum proverbium: **wo nichts ist da hat der Käiser**  
**sein Recht verlohren.** quod teste *Dn. Mewio in discuss.*  
*Levam. inop. debit. c. 5. n. 44.* experientia plus quam notum  
 fecit, miserandis exemplis eorum, qui cum magnas summas  
 in ære suo haberent, panem fermè mendicari coacti sunt,  
 nihil præter curam & lites ex chartæis & atramentariis num-  
 mis habentes, ut non immeritò talia nomina quis appellet  
 inania habendi simulacra, opum somnia, larvas, burfarum  
 patrimonii pigmenta.

VI. Interim ne quis putet licitum esse æs alienum  
 conflare, & non reddere debita omninò impunè, cum ob  
 deficien.



deficientia bona actio reddatur inanis, discernendi à se invicem sunt debitores obarati: multum enim interest, an bona sua debitores decoxerint, an verò citra suam culpam in paupertatem inciderint: hi uti omni commiseratione & auxilio digni, ita illi, qui per luxum bona sua consumunt, & quibus quotidie grandes fumant pultibus ollæ, nullum merentur favorem; alias enim fides fundamentum omnis societatis omnino violaretur, quæ tamen nihil sanctius, ad eò ut Senecæ, ep. 8, eam etiam sanctissimum humani pectoris bonum vocaverit: fidei autem nihil magis congruum, quam ea quæ placuerunt, servare *l. 1. pr. ff. de Pact.* cum itaque optimum in vita contra omnes injurias & retinendæ concordie commodissimum remedium sit contractuum fides *Dion. Halicarn. l. 6.* ex quo cum *Cio. l. 2. off.* firmiter ratiocinari licet, nullam existere posse fidem, si non reddatur debitum. *Heig. quest. illustr. p. 1. qv. 35. n. 1.* Hinc debitores boni & probi omnem movebunt lapidem, ut Creditoribus suis satisfaciant, morosi vero & leves severo executionis remedio ad hoc adigendi.

VII. Quem in finem prodiit Lex XII, tab. satis rigorosa Cujus verba refert *Oldendorp. Class. 1. Act. 12. in defens. rei n. 2.* *„Eris confessi rebusq; jure judicatis triginta dies justi sunt. Post*  
*„deinde manus injectio esto; in jus ducito, ni judicatum facit. Ter-*  
*„tiis autem nundinis, si interea pactus non sit, capitis pœnas datur*  
*„aut trans Tyberim venum ito: Et. add. Carpz. in Asyl. debit. pos. 1.*  
*n. 3. seqq.* quam duritiem frequentia imposturæ efflagitavit, quo leviorum hominum audacia in contrahendis passim debitis retraheretur. *Oldendorp. c. l. Tholos. l. 22. c. 6. n. 5.* ubi hæc latius explicat. *item Revard. l. 4. c. 18. Heig. quest. illustr. p. 1. qv. 35. n. 25.* *Rittersb. ad LL. XII, tab. Class. 3. c. 11. Manz. Patroc. debit. dec. 1.*  
*qv. s. concl. 3. n. 106. seqq.* Quam ob causam nec mores aliarum gentium ab hoc rigore multum recesserunt, in tantum Creditoribus indulgentes, ut morosos debitores ac imposto-



res vinculis & compedibus coercere, vel tubis per plateam ducere, vel nudos super saxo ponere, aliave ignominia tractare & vexare potuerint. *Job. Stam. d. servit. person. l. 1. c. 4. n. 5. Matth. Bran. d. Cess. bon. qu. 6. pr.* Ab hoc rigore tamen Legis XII. tabul. postmodum recessum est, lata lege Petilia, & statutum, ne quis ob æs alienum neceretur, & ut pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset *Liv. l. 8. Heig. p. 1. qu. 35. n. 29. Hottomann, quest. illust. 26.* quam legem Petiliam postea amplexi sunt Imperatores. *cons. l. 12. C. d. O. & A. l. 2. C. d. Exact. tribut. Nov. 134. c. 7. l. 1. C. qui bon. ced. poss. & insuper ipsis beneficium cessionis indultum est Oldendorp. d. l. add. Tholos. l. 14. c. 3. n. 3. Heig. p. 1. qu. 35. n. 30. 31. Coler. Proc. Execut. p. 1. c. 3. n. 161.* utrum autem huic cessionis beneficio de jure civili quis valide renunciare, & se ad carcerem obligare possit, quæritur? Affirmativam tenent multi, ut *Barrol. Bald. Cin. Dyn. Salicet.* quos allegat *Tholos. in Syntagm. Jur. Univers. lib. 22. c. 15.* sed negativam rectius multis propugnat ipse *Tholos. d. l. add. Bach. ad Tr. V. 2. D. 24. th. 4. tit. E. Strub. Exc. 44. th. 28.* cum hoc pactum nimis asperum & inhumanum sit restringens jus libertatis. *Nec obst. l. pen. C. d. pact. cum hoc jus potius favore humanæ conditionis, quam singulorum indultum sit, cui propterea à privatis vis fieri nequit.*

VIII. Et hæc de Jure Codicis vera sunt: cum vero subsequenter temporibus legum beneficiis abuti, res suas decoquere, & scienter fallere inter artes referretur, moribus & statutis locorum ad jus priscum Romanorum, quo obærat imminebant compedes, reditum est, quo & cautius mercari discerent, incautè negotiantes tædio carceris solutionem citius cogitarent, & suæ negligentæ condigna pœna castigarentur. *Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 32.* Pluribus itaq; locis publicis legibus moribusque inductum, ut debitores debitum non exsolventes conjiciantur in carcerem, in den *Schuldthurm.*



thurm. *vid. Besold. ibes. Pract. voc. Schuldturm. Glatè Berlich.*  
*p. 2. c. 28. per tot. Carpz. p. 2. c. 22. d. 1. seqq. Coler. Proc. Execut.*  
*p. 1. c. 6. per tot. Tholof. Syntagm. Jur. Un. lib. 22. c. 6. An vero*  
*statuto & moribus contra leges Romanas hoc induci potuerit*  
*qvæstionis est; conf. Heig. qv. 35. n. 40. seqq. ubi id omnino af-*  
*firmat, cujus sententiam etiam plurimorum locorum consue-*  
*tudines approbant. Qvamvis qvoad debitores sine sua cul-*  
*painopes factos tale statutum induci non possit, ut recte mo-*  
*net Heig. d. 1. n. 47. seq. Porrò qværitur: An pactum tale qvò*  
*debitor in casu admittæ moræ se ad carcerem obligavit, de*  
*moribus nonnullorum locorum valeat? Affirmat hoc & qvi-*  
*dem rectè Coler. Proc. Execut. d. c. 6. n. 54. multisqve suam con-*  
*firmat sententiam. add. Mynsing. Cent. 6. Obs. 51. Mæv. in disc.*  
*Levam. inop. debit. c. 4. sect. 1. n. 12. seqq. & ad Jus. Lub. lib. 2.*  
*tit. 3. art. 1. n. 32.*

IX. Obtinet porrò de moribus nonnullorum locorum aliud  
remediũ adversus debitores solvendo non existentes adhiberi  
solutum: Addictio nempe ad operas Creditori præstandas,  
qvæ nihil aliud est, quam remedium executivum, qvò medi-  
ante Creditor compellit debitorem, ut ipsi vel solvat, qvò  
debet, vel loco pecuniæ servitia & operas in eventum non  
factæ solutionis promissas exhibeat, donec satisfaciat. *Coler.*  
*Proc. Execut. p. 1. c. 9. n. 1. Manz. Patroc. Paup. decad. 1. qv. 8. qvæ*  
*addictio ad operas Juri divino non est contraria vid. 2. Reg. 4.*  
*v. 1. Gertium Juri consona, cum inde qvivis obstringatur o-*  
*mnipossibili opera & inodo per omnes corporis & bonorum*  
*vires præstare, & efficere, ut creditor suum consequatur.*  
*Et qvamvis in l. 12. C. d. O. & A. hoc sit prohibitum, statuta ta-*  
*men fidei humanæ adversus malitiam debitorum consulentia*  
*derogari huic legi facillè potuere vid. Mæv. disc. lev. inop. debit.*  
*c. 4. sect. 1. n. 21. seqq. & ad Jus. Lubec. d. 1. n. 86. seqq. Coler. Proc.*  
*Execut. p. 1. c. 9.*



X. Arresta cum personarum tum rerum, quando usur-  
panti soleant *vid. Berlich. p. 1. concl. 50. seqq. Coler. p. 1. c. 7. Mev.  
discuss. levam. inop. debit. cap. 4. sect. 1. n. 64. seqq.*

XI. Restat ut paucis quoque dicamus de Obstagio, quo  
debitorum quoque ad fidei observantiam adstringuntur, & ni-  
hil aliud est, quam pactum inter Creditorem & debitorem,  
quo hic promittit non servatis conventis se sistere in certo lo-  
co, nec inde nisi iis impletis discedere. Licet autem obsta-  
gia pro fide constringenda olim recepta, & publicis quoque  
constitutionibus approbata fuerint, ut patet ex *R. J. August.  
d. 10. 1548. tit. von Wucherlichen Contracten*; quia tamen ma-  
gnus in Germania obstagiorum abusus subsecutus fuit, illaq;  
extremo debitorum malo & nullo Creditorum commodo  
suebant, sed multa inde publica scandala oriebantur, ideoque  
publicis Imperii constitutionibus propter abusum & scandala  
obstagia fuere abolita, uti apparet aus *der Policy Ordnung  
zu Frankfurt d. Anno 1577. tit. von wucherlichen Contracten S.  
Wiewol auch in des heiligen Reichs* ut in Holsatia viridis ad-  
huc sit hujus obstagii observantia *vid. d. Obstag. late Coler. Proc.  
Exc. p. 1. c. 8. p. 1. Gail. 2. O. 45. Dn. Mev. Discuss. Levam. cap. 4.  
sect. 1. n. 85. seqq. Carpx. p. 2. c. 22. d. 30. 31. Tabor. in disp. d.  
Jure Obstag.*

XII. Hæc & alia quæcunque etiam fuerint adversus  
morosos debitores inducta remedia non extendenda puto  
adversus eos, qui præter culpam casu inopinato & fatali ad  
incitas fuere redacti. *vid. Manz. Patr. deb. dec. 1. qu. 5. concl. 2.  
quorum conditio nunquam non deploranda, adeo ut etiam  
ad officium bonorum Principum & Magistratum pro salute  
subditorum & Civium vigilantium pertineat, providere mi-  
seris debitoribus, ne bellicis & aliis casibus fortuitis afflicti o-  
mnibus bonis sævo modo exuantur, uti autem variaz hac de  
re speciales Constitutiones extant, ita de universali præsidio  
debi-*



debitorum non solvendo existentium in Imperio Romano  
spem fecit pulcherrimam *Pacif. Osnabr. art. 8. de Indaganda* ubi  
constitutum est, miseris debitoribus subveniri debere. Quo-  
modo autem fieri debeat, ad proxima comitia relatum est. In  
quibus deinde Ratisbonæ *A. 1654.* de eo post adhibitum Consilii  
Aulici ac Cameræ Imperialis Consilium & deliberationem ma-  
turam Ordinum certus constitutus est modus *conf. all. R. J. d.*  
*Anno 1654. S. Nachdem auch in den Frieden=Schluß seqq. Dn.*  
*Mev. p. 4. D. 148.*

XIII. Num verò contra communes executionis regulas  
debitoribus subveniri possit, acriter disceptatum: quod ta-  
men omnino affirmandum puto. *conf. Carpz. Ayl. debit. c. 3.*  
*per tot. & Dn. Mev. disc. levam. c. 1. per tot.* Hinc varia debito-  
rum obæeratorum adminicula, ex quibus præcipua hoc loco  
afferre animus est, inter quæ primum se mihi offert dilatio-  
nis concessio.

XIV. Si itaque justa & rationabilis causa svadeat dila-  
tionem concedi debitori, ut commodè solvere possit, non  
prohibentur Judices eam pro arbitrio indulgere *l. 4. §. 5. ff. d.*  
*Re judic. Trenacing. Var. Resol. l. 3. tit. de solut. c. 1. n. 3. & 4. Co-*  
*ler. p. 3. c. 6. n. 12. Tholos. Synt. Jur. Un. lib. 21. c. 18. n. 32.* licet  
enim certus debitori ad solvendum post sententiam à lege di-  
ctus sit terminus, ita ut Judex etiam teneatur secundum Jura  
constituta pronunciare: attamen si vel debiti quantitas vel  
personarum qualitas & conditio imo ipsa necessitas aliud sva-  
deat, quin tum Judex longiorem dilationem concedere po-  
ssit, nullus dubito *l. 2. ff. d. Re judic.* quod sit etiam eum ipso-  
rum Creditorum commodo: nam si debitor statim rigorose  
ad peram usq; excutiat, Creditor credito suo integro semper  
carere cogitur, & minimã ejus partẽ interdum tantum conse-  
quitur, si autem debitori modica concedatur dilatio, totius  
crediti receptionem sibi spondere poterit, si debitor ad pin-  
gui.



viorem fortunam pervenerit. *Carpz. Asyl. debit. c. 4. n. 3. seqq.*  
*Mev. disc. Levam. C. 2. n. 142.* Ideoque de Praxi hodierna Ju-  
dicis arbitrio relictum est, ob solvendi difficultatem solutio-  
nis terminum prorogare ita, ut etiam, ob dilationis concessio-  
nem, appellatio non sit permissa *Dn. Mev. p. 6. d. 98.*

XV. Secundo debitores sine culpa sua obarati impe-  
trare possunt rescripta Moratoria, quæ aliis vocabulis Jctis  
dicuntur Diplomata, literæ induciales, dilatorix, gra-  
tix, securitatis à Gallis lettres de respit, quinquennales indu-  
cia, quia plerumque in quinquennium concedi solent, à Ger-  
manis vocantur *Obinbenellen / Schutz-Briefe / Anstands-  
Briefe* item *Eiserne Briefe* / hinc illi qui impetrant ejusmodi  
literas, dicuntur, *das sie Eisen werden.* *conf. Webn. Obs.*  
*Pract. voc. Anstands-Brief. Besold. in Thesaur. Pract. voc. Obins-  
qbenel. Carpz. Asyl. debit. c. 4. n. 21. seqq. Dn. Mev. Disc. Levam.*  
*c. 4. sect. 8. Coler. proc. Exec. p. 1. c. 4. n. 14. Tholos. l. 22. c. 7. He-  
ring. d. Fidejuss. c. 1. n. 101. seqq.* Conceduntur autem induciæ  
moratoriæ indultu Imperantium ad dilationem debiti ad tem-  
pus, quod plerumque quinquennale est, & quidem sub fidejus-  
sive idonea *l. 4. C. d. prec. Imp. offer.* idque in favorem Credi-  
torum, ne debitor bona, quæ adhuc salva habet, durantibus  
induciis, consumat, aut cum iisdem aufugiat, quod & hodiè  
receptum. *conf. Hering. d. Fidejuss. c. 5. n. 128. seqq. Carpz. d. c.*  
*4. n. 28. seqq. Limn. l. P. l. 4. c. 8. n. 231.* Porro non aliter con-  
ceduntur, quam ob justam causam iis debitoribus, qui sine  
suâ culpâ, casu fortuito facultatum suarum jacturam fecerunt,  
non verò Mercatoribus fallitis, Bancruptoribus. *Die nicht*  
*aus unversehnen zugestandenenen Unfällen oder Schaden ins Ver-*  
*derben kommen / sondern aus Muthwillen / zu vielen Pracht und*  
*dergleichen zum Falliment sind gerathen.* *Hering. de Fidejuss. c. 5.*  
*n. 103. Besold. Thesaur. Pract. d. l.* Nec contra Ecclesiam aliam-  
ve piam causam *arg. l. 43. ff. d. Relig. Es sumt. fun. Trentacing.*  
745.



*Var. Resol. l. 3. tit. d. solut. R. 1. n. 16. Manz. Patroc. debit. dec ad. 4. 9v. 9. n. 67. Carpz. Asyl. debit. c. 9. n. 49. Effectus induciarum potissimum in eo consistit, ne intra tempus concessum molestiam debitoribus creditores creent, ut interim debitorum res respirare possint meditando rationes solvendi. Unde constat hæc rescripta moratoria nihil iniquitatis habere l. 2. C. d. Prec. Imp. Off. l. f. C. qvi bon. ex d. poss. add. Reformation guter Polices d. Ao. 1548. tit. von verdorbenen Kauffleuten §. Nach dem sie zu Zeiten. ii. Polices Ordnung in Franckfurt d. Anno 1577. tit. von verdorbenen Kauffleuten §. Wann auch solche.*

XVI. Tertio non postremum depauperatis debitoribus beneficium est, quod possint particulatim debitum solvere, auf gewisse Termine / cui in solidum semel solvendo non sufficiunt: licet enim partis solutio multum incommodi habeat, ideoque invito Creditori regulariter obtrudi non possit l. 3. ff. sam. Ercisc. limitanda tamen hæc assertio, si propter inopiam sine sua culpa miser, solidum præstare non valeat. conf. Dn. Mev. p. 7. Dec. 451 Sin disc. Levam. Inop. debit. c. 4. Sect. 9. Carpz. Asyl. debit. c. 4. n. 93. seqq.

XVII. Quarto non leve quoque beneficium Constitutione Imperatoris Justiniani in Nov. 4. c. f. §. auth. Hoc nisi debitor. C. d. Solut. Debitoribus ad solvendum non idoneis indultum: Nam licet secundum Juris communis regulam aliud pro alio invito Creditori solvi non possit l. 2. §. 1. ff. d. Reb. Credit. l. 16. C. d. solut. relaxanda tamen hoc casu iuris communis regula conf. Manz. Patroc. Debit. dec ad. 2. 9v. 10. Requisita dationis in solutum ex Dn. Mev. p. 4. D. 370. congesit Dn. Brunn. in l. 2. ff. d. Reb. Credit. Quæritur autem hic, utrum subhastatio, quæ Jure Civili requirebatur Nov. 4. c. 3. per constitutionem novissimam d. Anno 1654 §. So viel nun die Capitalia sic remissa? quod rectè affirmat Dn. Mev. p. 3. d. 287. per dict. const. d. Anno 1654. ubi nulla subhastationis facta est mentio; deinde  
etiam



etiam in æstimationis modo peculiare beneficium concessum, quod competere non posset, si tentanda esset prius distractio, & ita in summo Tribunali Regio in causa **Niclaus Dehmels/** contra **Daniel Beckern** pronunciatum esse tradit *Dn. Mev. d. l.*

XVIII. Pergendum jam ad omnium præstantissimum debitoribus calamitosis competens præsidium, competentia nempe ne ultra quam facere possint, condemnari queant, ut remaneat illis competens victus, & suppetant necessaria sustentationis remedia, ne egeant, quod *arg. S. fin. Inst. d. Act.* eleganter probari potest, ubi hæc generalis habetur ratio: *inhumanum erat spoliatum fortunis suis in solidum damnari. conf. Manz. Patroc. Debit. dec. 3. qu. 2. Carpx. Asyl. debit. c. 4. n. 318. seqq. Mev. d. tr. c. 4. sect. 7.* Hæc de beneficiis Debitorum sine culpa sua obœratorum attulisse sufficiant, cum plenissima horum discussio limites Disputationis meæ transcendat. vid. autem de his & aliis *Dn. Mev. & Carpx. in sep. cit. tract. Coronidis loco* quæritur, si Creditoris & Debitoris par sit inopia cui hoc casu succurrendum. *Manz. in Patroc. Deb. decad. 3. qu. 6.* debitori mavult parcere quam creditorem inopem adjuvare. Sed rectè *Dn. Mev. in d. tr. c. 6. n. 98. seqq.* contra Manzium statuit, quod Creditori potius hoc casu consulendum sit: nam privilegiatus contra privilegiatum, non utitur suo privilegio.

### CAPUT. III. Tradit Regulam

*Qui non habet in ære, luat in corpore.*

I.

**V**aria in jure Debitoribus concessa beneficia debitoribus ex delicto neutiquam profunt, cum tanquam legum violatores legum beneficiis indigni sint *arg. l. 30. ad Sct. Vellej. l. 37. ff. d. Minor. Menoch. d. d. J. 2. c.*

447.



447. n. 17. Nec ipsa Paupertas delictis patrocinium impetra-  
re potuit. l. 4. §. 1. & 2. ff. Quodcum eo qu. l. 18. §. 1. ff. solut. Matr.  
Carpz. p. 4. c. 11. d. 7. haud ignoscendum enim ei qui obtentu  
paupertatis turpissimam vitam elegit l. 43. §. 5. ff. de Rit. nupt.  
Carpz. p. 4. c. 29. d. 10. Sed habeat locum vulgata Juris Re-  
gula: Qui non habet in ere luat in corpore l. 7. §. 3. ff. d. Jurisd.  
l. 25. ff. d. in jus voc. l. 1. in fin. ff. de poen. l. ult. C. d. Mod. Mult.  
l. 4. C. d. Serv. fugitiv. 2. F. 53. in fin. c. 17. X. d. Judais c. 5. X. d.  
dol. & contumac. Et præbeat subsidiarium, tergum cui non  
suppetit pecunia Zas. in §. 12. Inst. d. Act. n. 25. Schneidw. in d.  
§. n. 56. Interest namque Reipublicæ ne delicta maneat  
impunita. Inopes itaque si deliquerint, cum ob æris ino-  
piam poenam pecuniariam præstare non possint, ne impu-  
niti planè relinqvantur, salus publica efflagitat, ut hæc poena  
pecuniaria in corporis afflictivam commutetur, quia alias  
latissima delinqvendi aperiretur fenestra.

II. Hæc surrogatio autem poenæ corporalis in locum  
pecuniariæ fieri non potest, nisi à Judice merum Imperium  
habente l. f. ff. d. In jus. voc. l. 1. §. f. ff. d. poen. ubi hæc potestas  
castigandi refertur ad Præfectos & Præsides; accedit, quod  
ii qui graviore animadversione erant coërcendi, quam sim-  
plex Jurisdictione permittebat, ad Præfectum Urbi puniendi  
fuerint remissi, ut patet ex §. 10. Inst. d. suspect. tutor. nam jus  
multæ dicendi etiam Prætori ceterisque, qui jurisdictionem  
habent, competeat l. 2. §. f. ff. d. Judic. Graviorem autem a-  
nimadversionem seu Imperium quod dicitur merum Præfe-  
ctura urbi sibi vindicavit l. 1. ff. d. Offic. Præf. Urb. Vinn. in Com-  
ment. ad d. §. 10. Ex quibus colligitur quod mero imperio de-  
stitutus, si delinquentem ob inopiam in pecuniariam poenam  
condemnare non possit, eum remittere teneatur, ad Magi-  
stratum merum Imperium habentem. Excipienda tamen  
hic est modica coërcitio l. 5. §. 1. d. Offic. ejus cui. quo spectat

D

poena



poena carceris l. 9. §. f. ad L. Jul. pec. Et quamvis nonnulli  
sint qui putent, quod carcer non sit poena sed saltem reorum  
custodia. l. 3. §. 9. ff. d. poen. quo etiam respiciunt verba D. P.  
D. D. art. 11. Daß die Gefängnis zu Behaltung / und nicht zu  
schwerer gefährlicher Peinigung soll gemacht werden. conf. Besold.  
in Thesaur. Pract. & Wehn. in Obs. Pract. voc. Gefängnis. quod  
regulariter quidem verum est, quin tamen & carcer inter poe-  
nas recte referri possit, nullus dubito ob text. express. l. 28. §.  
14. ff. d. poen. l. 1. §. f. ff. d. Aleat. & P. D. D. art. 157. v. wo aber  
der Dieb. conf. Manz. Patroc. Debit. Dec. 11. qv. 4. n. 6. Habn. ad  
Wes. tit. d. poen. n. 9.

III. Notandum porro quod hæc commutatio poenæ  
pecuniariæ fieri possit non tantum parte petente, sed etiam  
non petente imo invita parte adversa si sc. agatur Criminaliter  
ad poenam fisco applicandam, cum ipsa lex poenam conver-  
tendi potestatem hoc casu Judici tribuat l. 1. §. f. ff. d. poen.  
Si verò agatur civiliter ad poenam actori applicandam, aut re-  
fectionem damni illati, & compensationem interesse, Judex  
invita parte neutiquam poenam pecuniariam in corporalem  
transmutare potest in præjudicium partis, cum aliud pro alio  
invito creditori solvi non possit l. 2. §. 1. ff. de reb. Cred. Sed po-  
test actor exspectare usq; dum adversarius ad pingviorem for-  
tunam pervenerit. conf. Farin. Prax. Crim. lib. 1. tit. 3. qv. 26.  
n. 2. Boer. Delic. 349. n. 10. verb. secundo si is Menoch. d. A. J. Q.  
l. 2. cent. 5. c. 447. n. 22. Jas. in l. 7 ff. d. Jurisd. n. 28. Schneidw.  
ad §. 12. Inst. Act. n. 59.

IV. An verò judex poenam remittere possit quæritur?  
& placet sententia distinguentium inter poenam ordinariam  
statutam sc. & expressam à lege ut in Cal. §. 12. Inst. d. Act.  
& poenam extraordinariam seu mulctam, & illam remitti non  
posse cum Judex ad legum normam præcisè adstrictus sit l. 15.  
ff. in fin. ad Municip. Hanc verò remitti posse ob l. 6. ff. d. Offic  
Pres



*Præs. conf. Anton. Matth. d. Crim. ad l. 47, tit. 3. c. 3. n. 6. § 1. 48. tit. 18. c. 5. n. 9. non tamen præcisè tenetur Judex eam remittere, ut vult Farinac. d. qv. 26. n. 20. Costal. in d. l. 6. d. Offic. Præs. Schneidw. ad. §. 12. Inst. d. Act. n. 60. 61. qui docet, quod hoc casu profit paupertas, sed potest etiam eam in pœnam corporalem commutare, ut rectè docet Menach. d. c. 447. Clar. d. qv. 99. n. 8. quamvis si multa semel remissa fuerit, exigi non possit, etiamsi reus ad pinguiorem fortunam pervenerit l. 6. f. ff. d. Offic. Præs. d. Limitanda tamen hæc assertio in casu si pœna actori applicanda, in ejus præjudicium ea remitti non debet, cum nemini jus quæsitum auferri possit: add Tiragvell. d. pœn. temp. Caus. 32.*

V. Restrigit autem Dn. Farinac. d. qv. 26. n. 19. & Bacherov. in Epist. in l. 6. ff. d. Off. præs. licentiam commutandi pœnam pecuniariam, ante sententiam latam, cum post sententiam latam Judex dicatur functus officio, ita ut post eam neque mutare neque corrigere amplius possit l. 42. ff. d. Re Jud. l. 1. §. fin. ff. d. quest. l. 55. ff. d. Rejudic. Sed & post dictatam jam pœnam pecuniariam Judicem in ejus locum corporalem substituere posse certum est, cum ipsa necessitas hanc pœnæ commutationem desideret, ne impunitate sua gaudeant delinquentes.

VI. Hæc surrogatio pœnæ corporalis in locum pecuniariæ adeo necessaria est, ut eodem demnatus in pœnam pecuniariam etiamsi offerat cedere bonis, non liberetur, sed opus sit ut luat in corpore Clar. l. 5. sent. §. fin. qv. 59. n. 5. Regulariter enim in Obligationibus ex maleficio descendentes non potest quis uti beneficio cessionis bonorum l. f. §. f. qvæ in fraud. Credit. Clar. d. l. Farin. d. qv. 26. n. 2. Covarrub. Var. Res. l. 1. c. 1. n. 8. Jason. in l. 7. ff. d. Jurisd. n. 27. Quid autem si reus solvendo sit, malit tamen subire pœnam corporalem, quam pecuniariam, num audiendus? quod



omnino negandum, & præcisè cogendus est solvere pœnam pecuniariam, cum nemo sit Dominus membrorum suorum. *Farinac. d. qv. 26. n. 15. Boer. Dec. 349. n. 10. add. Clar. l. 5. sent. cent. §. fin. qv. 95. n. 7.*

VII. An autem hæc pœnæ surrogatio tantum in personis vilibus ut servis & aliis infimæ conditionis hominibus, an etiam in Nobilibus & aliis honestis personis locum habeat, variant mirum in modum Interpretes. Prius defendunt *Zaf. in §. 12. Inst. de Act. n. 25. Farinac. all. qv. 26. n. 18. 21. 22. Covarruv. Var. Resol. l. 2. c. 9. n. 4. Schneidw. ad §. 12. Inst. d. Act. n. 58. Manz. Patroc. Debit. decad. 1. qv. 4. n. 13. Speckhahn. cent. 1. qv. 40. n. 5. obl. 10. §. l. 28. §. 2. ff. d. pœn. ubi expresse dicitur quod honestiores fustibus non subjiciantur: accedit, quod quælibet pœna corporalis in personis honestis gravior sit quacunque pecuniaria *d. l. 10. in fin.* & sic majori punirentur pœna, quam meretur delictum, quod tamen absurdum. In vilibus verò personis hoc secus est: Nam in illis pœna corporalis gravior non est pœna pecuniaria, cum tales personæ sæpius ita induratae ad pœnas sint, ut plagas etiam contemnunt *Schneidw. d. l. n. 58. Speckhahn. cent. 1. qv. 40. n. 6.* Nec obitar, quod nulla personarum ratio habenda sit in Judiciis: Nam multis in casibus aliud in jure statutum in Nobilibus, aliud in vilibus & abjectis. *Menoch. cit. c. 447. n. 13. Costal. in l. 7. ff. d. Jurisd. ibique all. Salicet.* Unde etiam est quod Nobilis sæpius mitius puniatur, quam plebejus, quia minor pœna in ignobili est major in nobili. *c. 1. X. d. Cleric. Venat. Schneidw. d. l. n. 62. add. Tiragvell. d. temp. pœn. caus. 31. n. 5. Franzk. ad tit. d. J. & J. n. 84. & Eckolt. d. t. §. 12.* Alii verò, inter quos est *Gomes. in §. item si quis Inst. d. Act. n. 42.* posterius tuentur, ita ut *doc. Menoch. d. A. I. Q. d. c. 447. n. 7.* hoc ipsum non tantum obtineat in laico, sed etiam in Clerico, si pœnam fisco deferendam solvere non possit, modo*



modo fiat à suo Iudice per *c. Archiepisc. X. d. Rapt.* Si mea hac in re est expromenda sententia, multum hic prudentis Iudicis arbitrio tribuerem, qui tamen probe perspiceat, ne quid durius aut remissius statuatur; nec enim severitatis nec Clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso Iudicio prout quæque res expostulat, statuendum *l. n. ff. d. Pœn. l. 28. ff. eod.*

VIII. Ceterum sunt nonnulli qui asserunt, quod regula hæc: *Qui non habet in ere suat in corpore* restringenda sit ad eos tantum, qui deliquere in fraudem legis, scientes se non posse solvere pœnam pecuniariam: Communiter tamen *Dd. doc. Clar. l. 5. sent. S. fin. qv. 95. n. 3.* tenent contrarium, scilicet, quod indistinctè hæc regula habeat locum, sive deliquerint cum ea cogitatione sive non. *Farinac. l. 1. t. 3. qv. 26. n. 1.* Non extendenda tamen hæc regula est ad heredes defuncti, cum nemo alterius criminis successor constitui possit *l. 26. ff. d. Pœn.* & pœna ulterius progredi non debeat, quam reperiatur delictum *l. 22. C. d. pœn.* Neque etiam ad fidejussores: Nemo enim se ad pœnam corporalem obligare potest, quoniam membrorum suorum nemo Dominus videtur *l. 13. ad L. Aquil, Matth. d. Crim. ad lib. 48. t. 14. c. 2. n. 14.* Neque Iustitiæ ratio patitur eum, qui non deliquit, pœnas hujusmodi sustinere *l. 22. C. d. pœn.* Quamvis fidejussores ob dolum graviori quoque coërcitione extra ordinem coërceri possint *l. 4. ff. d. Custod. & exhib. Reor. ibique Brunn. conf. Vinn. ad S. 1. Inst. d. Fidejuss. n. 28.*

IX. Spectatis itaque personis quæ possint in pœnæ pecuniariæ locum substituere corporalem, ut & iis quibus infligi possit ejusmodi pœna subsidiaria. Restat ut paucis etiam demonstrarem, an in omnibus delictis hæc regula locum habeat, & quamvis nonnulli velint, quod etiam in minimis delictis, imò si deficiat delinquens in solutione partis pœnæ, in qua condemnatus est, etiam in unico nummo pœna pecuni-



pecuniaria in corporalem commutari possit. *Mench. d. A. I. Q. l. 2. c. 447. n. 8. Clar. d. qv. 95. n. 6.* à qua opinio et tanquam communi utitur dura in iudicando recedendum non esse monet all. *Clar. d. l. Farinac. d. qv. 26. n. 9. Gomes. in §. 12. d. Act. n. 18.* Dissentit tamen *Jason in l. 7. d. Jurisd. n. 28. Speckhahn. cent. 1. qv. 40. n. 8.* quorum sententiam confirmat *l. 116 ff. d. pæn. ubi Iustus Marcianus expressè tradit, quod in levioribus causis proniores ad lenitatem esse debeant Iudices. Nec pro minimis pœna pecuniaria in corporalem transmutari debet, nec propter leves abusiones aut transgressiones pauperes corpore puniendi sunt Tiraquell. d. Jud. in reb. exig. ferend. concl. 7. Schneidw. ad §. 12. Inst. d. Act. n. 60.* Quoties verò pecuniaria pœna in corporalem mutatur, ipso jure liberatur reus, ita ut amplius conveniri non possit, etiamsi ad meliorem fortunam pervenerit *l. 17. §. 4. § 6. ff. d. Injur. l. 7. ff. d. Jure Patron. Costal. in l. 7. ff. d. Jurisd. Jason. d. l. n. 29. Farin. d. qv. 26. n. 24.* Per hanc pœnam corporalem enim videtur recessum à pœna pecuniaria, quasi per illam novatio facta censeatur. *Gomes. in §. 12. Inst. d. Act. n. 27. in fin.*


SOLI DEO GLORIA.























modo fiat à suo iudice per *c. Archiepisc.*  
in re est expromenda sententia, mul-  
dicis arbitrio tribuerem, qui tamen  
quid durius aut remissius statuatur; et  
Clementiæ gloria affectanda est, sed  
quæque res expostulat, statuendum *l.*

VIII. Ceterum sunt nonnulli qui  
regula hæc: *Qui non habet in ere*  
genda sit ad eos tantum, qui deliquit  
scientes se non posse solvere poenam  
muniter tamen *Dd. doc. Clar. l. 5. sen-*  
nent contrarium, scilicet, quod indistincte  
at locum, sive deliquerint cum ea  
*Farinac. l. 1. t. 3. qv. 26. n. 1.* Non est  
regula est ad heredes defuncti, cum  
successor constitui possit *l. 26. ff. d. Pæn.*  
gredi non debeat, quam reperiatur  
Neque etiam ad fideiussores: Nemo  
corporalem obligare potest, quoniam  
nemo Dominus videtur *l. 13. ad L. Ag.*  
*lib. 48. t. 14. c. 2. n. 14.* Neque iustitiam  
non deliquit, poenas huiusmodi sustinet  
Quamvis fideiussores ob dolum gravi-  
ne extra ordinem coerceri possint *l. 4.*  
*Reor. ibique Brunn. conf. Vinn. ad S. 1. l.*

IX. Spectatis itaque personis  
pecuniariæ locum substituere corporalem  
fligi possit ejusmodi poena subsidiaria  
am demonstrarem, an in omnibus delictis  
habeat, & quamvis nonnulli velint,  
mis delictis, imò si deficiat delinque-  
poena, in qua condemnatus est, etiam in

D 3

Si mea hac  
udentis Ju-  
spiccat, ne  
eritatis nec  
dicio prout  
*l. 28. ff. eod.*  
quod res  
re restrin-  
dem legis,  
n: Com-  
*s. n. 3.* te-  
gula habe-  
sive non.  
amen hæc  
is criminis  
terius pro-  
*C. d. pæn.*  
poenam cor-  
n suorum  
*l. Crim. ad*  
eum, qui  
*C. d. pæn.*  
coercitio-  
*S. exhib.*  
*ff. n. 28.*  
in poenæ  
quibus in-  
paucis eti-  
la locum  
in mini-  
one partis  
mo poena  
pecuni-

